GCSE

C990U20-1A

S25-C990U20-1A

FRIDAY, 16 MAY 2025 – AFTERNOON

LATIN – Component 2

Latin Literature and Sources (Themes)

RESOURCE BOOKLET

C990U201A
01

Contents **Pages**

Theme A: Romans in the countryside

Pictures and Text 4–11

Vocabulary 13–19

Theme B: Love and marriage

Pictures and Text 22–29

Vocabulary 31–36

This is the official Eduqas Resource Booklet
for use in the GCSE examination in Latin.

© WJEC CBAC Ltd.

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme A: Romans in the countryside

C990U201A
03

This is the official examination material
for the Eduqas Latin GCSE (2024 – 2026)

© WJEC CBAC Ltd.

Theme A: Romans in the countryside

Picture 1

Picture 2

Picture 3

C990U201A
05

Picture 4

Picture 5

Picture 6

CICERO, Traditional values

accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses cum ab aratro arcessebantur qui consules fierent. tu enim, qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, quem sua manu semen spargentem illi qui missi erant convenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. at hercule maiores nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris existimabant itaque ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam nobis reliquerunt. suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant; sic et agris et urbibus et nationibus rem publicam atque hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt.

et simul tibi in mentem veniat quem ad modum vitam huiusce depinxeris – hunc hominem ferum atque agrestem fuisse, numquam cum homine quoquam collocutum esse, numquam in oppido constitisse. sed in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita maleficia istius modi gigni non solent. ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. in urbe luxuries creatur, ex luxuria exsistat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur. vita autem haec rustica quam tu agrestem vocas parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.

HORACE, The pleasures of country living

beatus ille qui procul negotiis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis
solutus omni faenore,
neque excitatur classico miles truci,
neque horret iratum mare,
forumque vitat et superba civium
potentiorum limina.
libet iacere modo sub antiqua ilice,
modo in tenaci gramine.
labuntur altis interim ripis aquae,
queruntur in silvis aves,
fontesque lymphis obstrepunt manantibus,
somnos quod invitet leves.

C990U201A
07

HORACE, The changing face of the countryside

iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
    extenta visentur Lucrino
    stagna lacu platanusque caelebs

evincet ulmos; tum violaria et 5
myrtus et omnis copia narium
    spargent olivetis odorem
    fertilibus domino priori;

tum spissa ramis laurea fervidos
excludet ictus. non ita Romuli 10
    praescriptum et intonsi Catonis
    auspiciis veterumque norma.

privatus illis census erat brevis,
commune magnum; nulla decempedis
    metata privatis opacam 15
    porticus excipiebat Arcton,

nec fortuitum spernere caespitem
leges sinebant, oppida publico
    sumptu iubentes et deorum
    templa novo decorare saxo. 20

LIVY, Cincinnatus, summoned from the plough

vis Sabinorum ingens prope ad moenia urbis infesta populatione venit. foedati agri, terror iniectus urbi est. tanta trepidatio fuit quanta si urbem, non castra hostes obsiderent. itaque civibus dictatorem dici placuit qui rem perculsam restitueret, et Lucius Quinctius Cincinnatus consensu omnium dicitur. 5

spes unica imperii populi Romani, Quinctius trans Tiberim, contra eum ipsum locum ubi nunc navalia sunt, quattuor iugerum colebat agrum, quae prata Quinctia vocantur. ibi ab legatis – seu fossam fodiens palae innixus, seu cum araret, operi certe (id quod constat) agresti intentus – salute data in vicem redditaque 10 rogatus est ut togatus mandata senatus audiret. admiratus rogitansque 'satin salve?' uxorem togam propere e tugurio proferre iubet. qua simul absterso pulvere ac sudore velatus processit, dictatorem eum legati gratulantes consalutant, in urbem vocant; qui terror sit in exercitu exponunt. 15

C990U201A
09

OVID, A rustic festival

Termine, sive lapis sive es defossus in agro
stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.
te duo diversa domini de parte coronant,
binaque serta tibi binaque liba ferunt.
ara fit: huc ignem curto fert rustica testo 5
sumptum de tepidis ipsa colona focis.
ligna senex minuit concisaque construit arte,
et solida ramos figere pugnat humo;
tum sicco primas irritat cortice flammas;
stat puer et manibus lata canistra tenet. 10
inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,
porrigit incisos filia parva favos.
vina tenent alii: libantur singula flammis;
spectant, et linguis candida turba favet.
spargitur et caeso communis Terminus agno, 15
nec queritur lactans cum sibi porca datur.
conveniunt celebrantque dapes vicinia simplex
et cantant laudes, Termine sancte, tuas.

PLINY, A day's hunting

ridebis, et licet rideas. ego, ille quem nosti, apros tres et quidem pulcherrimos cepi. 'ipse?' inquis. ipse; non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete discederem. ad retia sedebam; erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stilus et pugillares; meditabar aliquid enotabamque, ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. non est quod contemnas hoc studendi genus; mirum est ut animus agitatione motuque corporis excitetur; iam undique silvae et solitudo ipsumque illud silentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. proinde cum venabere, licebit auctore me ut panarium et lagunculam sic etiam pugillares feras: experieris non Dianam magis montibus quam Minervam inerrare. vale.

PLINY, The burdens of an estate-owner

refugeram in Tuscos, ut omnia ad arbitrium meum facerem. at hoc ne in Tuscis quidem: tam multis undique rusticorum libellis et tam querulis inquietor, quos aliquanto magis invitus quam meos lego – nam et meos invitus. retracto enim actiunculas quasdam – quod, post intercapedinem temporis, et frigidum et acerbum est. rationes quasi absente me negleguntur. interdum tamen equum conscendo et patrem familiae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum, sed pro gestatione percurro. tu consuetudinem serva, nobisque sic rusticis urbana acta perscribe. vale.

VIRGIL, A self-sufficient small farm

namque sub Oebaliae memini me turribus arcis,
qua niger umectat flaventia culta Galaesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
iugera ruris erant, nec fertilis illa iuvencis
nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho. 5
hic rarum tamen in dumis olus albaque circum
lilia verbenasque premens vescumque papaver
regum aequabat opes animis seraque revertens
nocte domum dapibus mensas onerabat inemptis.
primus vere rosam atque autumno carpere poma, 10
et cum tristis hiems etiamnum frigore saxa
rumperet et glacie cursus frenaret aquarum,
ille comam mollis iam tondebat hyacinthi
aestatem increpitans seram Zephyrosque morantes.
ergo apibus fetis idem atque examine multo 15
primus abundare et spumantia cogere pressis
mella favis; illi tiliae atque uberrima pinus,
quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
induerat, totidem autumno matura tenebat.

© WJEC CBAC Ltd.

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Full vocabulary for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme A: Romans in the countryside

List of abbreviations used

abl.	ablative
acc.	accusative
adj.	adjective
adv.	adverb
dat.	dative
f.	feminine
lit.	literally
m.	masculine
n.	neuter
pl.	plural

This is the official examination material
for the Eduqas Latin GCSE (2024 – 2026)

© WJEC CBAC Ltd.

A

a, ab +abl. – *by, from*
abstergeo, -ere, -stersi, -stersus – *wipe off*
absum, -esse, -fui – *be away, not here*
abundo, -are – *be abundant, rich in*
ac – *and*
accusator, -is, m. – *accuser, prosecutor*
acerbus, -a, -um – *bitter, unpleasant, painful*
acta, -orum, n.pl. – *doings, affairs*
actiuncula, -ae, f. – *short speech*
ad + acc. – *to, at, beside, according to*
admiror, -ari, -atus sum – *be amazed, bewildered*
aequo, -are – *match, equal*
aestas, -atis, f. – *summer*
ager, agri, m. – *field, farm, land*
agitatio, -onis, f. – *exercise*
agnus, -i, m. – *lamb*
ago, -ere – *act, perform a role*
agrestis, -e – *agricultural, farming, backward, uncouth*
albus, -a, -um – *white*
alienus, -a, -um – *belonging to someone else*
aliquanto – *considerably*
aliquis, aliqua, aliquid – *some, one or other*
aliter – *differently*
alius, alia, aliud – *another; (pl.) others, other people*
altus, -a, -um – *high, deep*
animus, -i, m. – *mind*
antiquus, -a, -um – *old, ancient*
  ab antiquis – *from ancient times*
aper, apri, m. – *boar*
apis, -is, f. – *bee*
appeto, -ere – *seek after, claim for themselves*
aqua, -ae, f. – *water, stream, river*
ara, -ae, f. – *altar*
aratrum, -i, n. – *plough*
arbitrium, -i, n. – *choice, wish*
arbor (*or* arbos), arboris, f. – *tree*
arcesso, -ere – *summon, fetch*
Arctos, -i, f. (*acc.* Arcton) – *the Great Bear constellation, northern light*
aridus, -a, -um – *dry, simple*
aro, -are – *plough*
ars, artis, f. – *skill, design, method*
arx, arcis, f. – *citadel, fortress*
at – *but, and yet*
Atilius, -i, m. – *Atilius*
atque – *and*
auctor, -is, m. – *leader, adviser*
  auctore me – *on my advice*
audacia, -ae, f. – *recklessness, violent behaviour*
audio, -ire – *hear, listen to*
augeo, -ere, auxi – *increase, expand*
auspicium, -i, n. – *instruction, rule*
aut – *or*
autem – *however, on the other hand*
autumnus, -i, m. – *autumn*
avaritia, -ae, f. – *greed*
avis, -is, f. – *bird*

B

Bacchus, -i, m. – *god of wine; wine-making, vines*
beatus, -a, -um – *blessed, happy, lucky*
bini, -orum – *double, a pair*
bos, bovis, m. – *ox, bull*
brevis, -e – *small, limited*

C

C. = Caius, -i, m. – *Caius*
caedo, -ere, cecidi, caesus – *kill, sacrifice*
caelabs, -libis – *bachelor, unattached, solitary*
caespes, -itis, m. – *turf*
candidus, -a, -um – *bright, dressed in white*
canistrum, -i, n. – *basket*
canto, -are – *sing*
capio, -ere, cepi – *catch*
carpo, -ere – *pick, pluck*
castra, -orum, n. pl. – *camp*
Cato, -onis, m. – *Cato*
celebro, -are – *celebrate*
census, -us, m. – *income, wealth*
cera, -ae, f. – *wax-tablet*
certe – *certainly, at least*
ceteri, -ae, -a – *other*
Cincinnatus, -i, m. – *Cincinnatus*
circum – *all around*
civis, -is, m. – *citizen*
classicum, -i, n. – *war-trumpet*
cogitatio, -onis, f. – *thought*
cogo, -ere – *force, squeeze*
colloquor, -loqui, -locutus sum – *speak, have a conversation*
colo, -ere, -ui – *till, cultivate, tend*
colona, -ae, f. – *farmer's wife*
coma, -ae, f. – *hair, 'threads' or 'stigmas' of saffron*
commodus, -a, -um – *suitable, useful*
commune, -is, n. – *public property, wealth*
communis, -e – *joint, shared (between both sides)*
concido, -ere, -cidi, -cisus – *cut up, chop*
consaluto, -are – *greet, hail (as)*
conscendo, -ere – *climb on, mount*
consensus, -us, m. – *consent, agreement*
consisto, -ere, -stiti – *stay, live*
constat, -are – *it is agreed, generally accepted*
construo, -ere – *pile up*
consuetudo, -inis, f. – *habit, custom, routine*
consul, -is, m. – *consul*
contemno, -ere – *despise, frown on*
contra + acc. – *against, opposite*
convenio, -ire, -veni – *come together, meet*
copia, -ae, f. – *supply, abundance, host*
Cornelius,-i, m. – *Cornelius*
corono, -are – *crown (with a wreath)*
corpus, -oris, n. – *body*
cortex, corticis, m. – *bark*
Corycius, -a, -um – *from Corycus (a town in Cilicia); Cilician*
creo, -are – *create, produce*
cultum, -i, n. – *field, crop*

cum – *when, while, whenever*
cum +abl. – *with*
cupide – *greedily*
cursus, -us, m. – *flow, current*
curtus, -a, -um – *cracked, broken*

D

daps, dapis, f. – *feast*
de +abl. – *about, concerning, from*
decempeda, -ae, f. – *surveyor's rod (ten feet long)*
decoro, -are – *decorate*
defodio, -ere, -fodi, -fossus – *dig down, fix in the ground*
depingo, -ere, -pinxi – *depict, draw, describe*
deus, -i, m. – *god*
Diana, -ae, f. – *Diana (goddess of hunting)*
dīco, -ere, dixi, dictus – *say, name, appoint*
dictator, -is, m. – *dictator (sole magistrate)*
diligentia, -ae, f. – *hard work*
discedo, -ere – *leave, abandon*
diversus, -a, -um – *different, opposite*
do, dare, dedi, datus – *give, allow, devote*
dominus, -i, m. – *master, landowner, owner*
domus, -us, f. – *home*
dumus, -i, m. – *bramble, thorn-bush*
duo – *two*

E

e, ex + abl. – *out of, from*
ego, me, mihi – *I, me*
enim – *for, certainly*
enoto, -are – *note down*
equus, -i, m. – *horse*
ergo – *therefore, so*
erumpo, -ere – *burst out*
et – *and, also, even*
et ... et – *both ... and*
etiam – *also*
etiamnum – *still, even now*
evinco, -ere – *defeat, wipe out*
ex +abl. – *from, out from, instead of*
examen, -inis, n. – *swarm*
excipio, -ere – *receive*
excito, -are – *wake up, rouse, stimulate*
excludo, -ere – *keep out*
exerceo, -ere – *till, cultivate*
exercitus, -us, m. – *army*
existimo, -are – *think, have an opinion*
experior, -iri – *find out, discover*
expono, -ere – *set out, explain*
exsisto, -ere – *emerge, begin*
extendo, -ere, -i, extensus – *extend, enlarge*

F

facinus, -oris, n. – *crime*
facio, -ere – *do*
faenus, -oris, n. – *payment of interest, debt*
Falco, -onis, m. – *Falco*
familia, -ae, f. – *household, community*
faveo, -ere – *show favour/approval/support*
favus, -i, m. – *honeycomb*
fero, ferre – *carry, bring, offer*
fertilis, -e – *fertile, productive*
ferus, -a, -um – *wild, rough*
fervidus, -a, -um – *burning, hot*
fetus, -a, -um – *breeding, pregnant*
figo, -ere – *fix*
filia, -ae, f. – *daughter*
fio, fieri – *become, be made, happen*
flagitium, -i, n. – *disgrace*
flamma, -ae, f. – *flame*
flavens, -entis – *yellow*
florens, -entis – *very flourishing, prosperous*
flos, -oris, m. – *flower, blossom*
focus, -i, m. – *hearth*
fodio, -ere – *dig*
foedo, -are, -avi, -atus – *ruin, laid waste*
fons, fontis, m. – *spring, fountain*
fortuitus, -a, -um – *lucky, handy*
forum, -i, n. – *forum*
fossa, -ae, f. – *ditch*
freno, -are – *apply the reins, hold back, control*
frigidus, -a, -um – *cold, tedious*
frigus, -oris, n. – *cold, frost*
frux, frugis, f. – *crop, fruit*

G

Galaesus, -i, m. – *the river Galaesus*
gens, gentis, f. – *race*
genus, -eris, n. – *kind, type*
gestatio, -onis, f. – *ride*
gigno, -ere – *give birth, produce*
glacies, -ei, f. – *ice*
gramen, -inis, n. – *grass*
gratulor, -ari – *thank, congratulate*

H

habeo, -ere – *have*
hactenus – *this far, to this extent*
hercule – *by Hercules!*
hic, haec, hoc – *this*
hicce, haecce, hocce – *this here*
hiems, hiemis, f. – *winter*
homo, -inis, m. – *man, human being*
horreo, -ere – *shudder at, dread, fear*
horridus, -a, -um – *rough*
hostis, -is, m. – *enemy*
huc – *to here*
humus, -i, f. – *ground, earth*
hyacinthus, -i, m. – *saffron-crocus*

I

iaceo, -ere – *lie*
iam – *now, already, before long*
ibi – *there*

© WJEC CBAC Ltd.

ictus, -us, m. – *dart, ray of sun*
idem, eadem, idem – *the same*
ignis, -is, m. – *fire*
ilex, ilicis, f. – *holm-oak*
ille, illa, illud – *that (man), those; he, she, it, them*
immitto, -ere, -misi – *put in, throw in*
imperium, -ii, n. – *empire, rule, power, authority*
in +abl. – *in*
in +acc. – *into, to*
in vicem – *in turn*
incido, -ere, -cidi, -cisus – *cut up*
incitamentum, -i, n. – *stimulant, inducement*
increpito, -are – *rail at, scold, complain about*
incultus, -a, -um – *uncivilised*
inde – *from that, after that, then, next*
induo,-ere, -i – *dress, clothe, cover*
inemptus, -a, -um – *unbought*
inerro, -are – *wander, roam*
inertia, -ae, f. – *laziness, inactivity*
infestus, -a, -um – *hostile, terrible*
ingens, -entis – *huge, enormous*
inhonestus, -a, -um – *dishonourable, low-class*
inicio, -ere, -ieci, -iectus – *throw into, instil, cause*
innitor, -i, -nixus sum – *lean (on)*
inquis – *you say*
inquieto, -are – *bother, harass*
intentus, -a, -um – *intent, engrossed*
intercapedo, -inis, f. – *interruption, interval*
interdum – *sometimes, occasionally*
interim – *meanwhile*
intonsus, -a, -um – *unshaven, bearded*
invito, -are – *invite*
invitus, -a, -um – *unwilling, reluctant*
ipse, -a, -um – *himself, herself, itself, myself, yourself; the actual, the very*
iratus, -a, -um – *angry*
irrito, -are – *stimulate, kindle*
is, ea, id – *this, that; he, she, it*
iste, ista, istud – *that*
ita – *in this way, like this, thus*
itaque – *and so, therefore*
iubeo, -ere – *order*
iudico, -are – *judge, regard as*
iugerum, -i, n. (*gen. pl.* iugerum) – *acre (of land)*
iustitia, -ae, f. – *fairness, good conduct*
iuvencus, -i, m. – *bull, ox*

L

labor, labi, lapsus sum – *flow, glide*
lactans, -antis – *unweaned, suckling*
lacus, -us, m. – *lake*
laguncula, -ae, f. – *drinking-flask*
lancea, -ae, f. – *javelin, spear*
lapis, -idis, m. – *stone*
late – *widely, far*
latus, -a, -um – *wide, broad*
laurea, -ae, f. – *laurel, bay tree*
laus, laudis, f. – *praise*
legatus, -i, m. – *envoy, messenger*
lego, -ere – *read*
levis, -e – *light, gentle*
lex, legis, f. – *law*
libellus, -i, m. – *petition, written request*
libet, -ere – *it is pleasant*
libo, -are – *pour a libation, offer part as a libation*
libum, -i, n. – *sacrificial cake*
licet, -ere – *it is right (that); it is allowed*
lignum, -i, n. – *wood, stick*
lilium, -i, n. – *lily*
limen, -inis, n. – *doorway*
lingua, -ae, f. – *tongue*
locus, -i, m. – *place*
longe – *far, very*
Lucius, -i, m. – *Lucius*
Lucrinus, -i, m. – *the Lucrine Lake (an inlet off the Bay of Naples, near Pozzuoli)*
luxuria, -ae, f. – *extravagance*
luxuries, -ei, f. – *extravagance*
lympha, -ae, f. – *spray of water*

M

magis – *more*
magistra, -ae, f. – *teacher*
magnus, -a, -um – *big, great*
maiores, -um, m.pl. – *ancestors*
maleficium, -i, n. – *crime, misdeed, wrong*
mandatum, -i, n. – *instruction, command*
mano, -are – *flow, trickle*
manus, -us, f. – *hand*
mare, -is, n. – *sea*
maturus, -a, -um – *ripe*
maximus, -a, -um – *very large*
meditor, -ari – *think about, consider*
medius, -a, -um – *middle, the middle of*
mel, mellis, n. – *honey*
memini, -isse – *remember (Perfect tense = Present meaning)*
mens, mentis, f. – *mind, attention*
mensa, -ae, f. – *table*
meto, -are – *measure, design*
meus, -a, -um – *my*
miles, -itis, m. – *soldier*
Minerva, -ae, f. – *Minerva (goddess of the Arts)*
minimus, -a, -um – *very small*
minuo, -ere – *reduce, chop*
mirus, -a, -umi – *wonderful, amazing*
mitto, -ere, misi, missus – *send*
modo – *sometimes*
modus, -i, m. – *way, manner, type, kind*
moenia, -ium, n. pl. – *walls, fortifications*
moles, -is, f. – *mansion*
mollis, -e – *soft, delicate*
mons, montis, m. – *hill, mountain*
moror, -ari – *delay, be sluggish*
mortalis, -e – *mortal, human*
mos, moris, m. – *habit, custom, way of life*

motus, -us, m. – *movement, motion*
multus, -a, -um – *many, much, large*
myrtus, -i, f. (*nom.pl.* myrtus) – *myrtle bush*

N

nam – *for*
namque – *for indeed, certainly*
naris, -is, f. – *nose, smell*
nascor, nasci, natus sum – *be born, be produced, occur*
natio, -onis, f. – *(foreign) people, nation*
navalia, -ium, n.pl. – *dockyards*
-ne – *is it?*
ne ... quidem – *not ... even*
nec – *nor*
nec ... nec – *neither ... nor*
necesse – *necessary*
neglego, -ere – *neglect, ignore*
negotium, -ii, n. – *business, worry*
neque – *nor*
neque ... neque – *neither ... nor*
niger, nigra, nigrum – *black, dark*
nomen, -inis, n. – *name, reputation, glory*
non – *not*
norma, -ae, f. – *rule, custom*
nos, nobis – *we, us*
nosco, -ere, novi – *get to know*
nosti = novisti – *you know*
noster, nostra, nostrum – *our*
novus, -a, -um – *new, fresh*
nox, noctis, f. – *night*
nullus, -a, -um – *no*
numen, numinis, n. – *divine authority, status of a god*
numquam – *never*
nunc – *now*

O

obsideo, -ere – *besiege*
obstrepo, -ere – *roar, gurgle*
odor, -is, m. – *scent*
Oebalia, -ae, f. – *an old name for Tarentum (in southern Italy)*
olivetum, -i, n. – *olive grove*
olus, -eris, n. – *cabbage*
omnino – *completely, totally*
omnis, -e – *all, every*
onero, -are – *load, fill*
opacus, -a, -um – *shady*
oppidum, -i, n. – *town*
opportunus, -a, -um – *useful, handy, ready*
ops, opis, f. – *wealth*
opus, operis, n. – *work*

P

pala, -ae, f. – *spade*
panarium, -i, n. – *picnic-basket*
papaver, -is, n.– *poppy*
pars, partis, f. – *part, side*
parsimonia, -ae, f. – *thrift, economy*
parvus, -a, -um – *little, young*
pater, patris, m. – *father, father-figure, boss*
paternus, -a, -um – *his father's, inherited, ancestral*
paucus, -a, -um – *small, (pl.) few*
pecus, -oris, n. – *flock (of sheep or goats)*
percello, -ere, -culi, -culsus – *strike down, shatter, upset*
percurro -ere, – *run round, drive through*
perscribo, -ere – *write in full*
pinus, -i, f. – *pine tree*
placet, -ere + dat. – *it seems good (to), decide*
platanus, -i, f. – *plane tree*
plenus, -a, -um – *full*
Plinius, -ii, m. – *Plinius (Pliny)*
Pompeius, -i, m. – *Pompeius*
pomum, -i, n. – *apple, fruit*
populatio, -onis, f. – *plundering, devastation*
populus, -i, m. – *people, the people, nation*
porca, -ae, f. – *sow, piglet*
porrigo, -ere – *stretch out, hold out*
porticus, -us, f. – *portico*
possum, posse, potui – *be able*
post +acc. – *after*
potens, -entis – *powerful*
praedium, -i, n. – *estate*
praescribo, -ere, -scripsi, -scriptus – *write down, lay down*
praesum, -esse, -fui +dat. – *be in charge (of), be responsible (for)*
pratum, -i, n. – *meadow*
premo, -ere, pressi, pressus – *press, press in, plant*
primus, -a, -um – *first*
prior, -is – *former, previous*
priscus, -a, -um – *ancient*
privatus, -a, -um – *private*
pro +abl. – *for, on behalf of*
procedo, -ere, -cessi – *come, step forward*
procul +abl. – *far (from)*
profecto – *certainly*
profero, -ferre – *bring out*
proinde – *therefore, accordingly*
prope – *nearly, almost*
propere – *quickly*
proximus, -a, -um – *near*
in proximo – *in the vicinity, nearby*
publicus, -a, -um – *public, of the people*
res publica – *the republic, the state*
puer, pueri, m. – *boy, son*
pugillares, -ium, m. pl. – *writing-tablets, wax tablets*
pugno, -are – *fight, struggle*
pulcher, pulchra, pulchrum – *beautiful, splendid, fine*
pulvis, -eris, m. – *dust*
puto, -are – *think, consider, have an opinion*

Q

qua – *where*
quam – *than*
quantus, -a, -um – *as (great, much)*

© WJEC CBAC Ltd.

quasi – *as if, as though*
quattuor – *four*
-que – *and*
quem ad modum – *in what way, how*
queror, -i, questus sum – *complain, chatter, moan*
querula, -ae, f. – *complaint, grumble*
qui, quae, quod – *who, whom, what, which*
quidam, quaedam, quoddam – *a certain, a few*
quidem – *indeed, certainly*
ne ... quidem – *not ... even*
quies, -etis, f. – *quiet, peacefulness*
Quinctius, -a, -um – *Quinctian*
Quinctius, -i, m. – *Quinctius*
quisquam, quaequam, quicquam – *any, anyone*
quod – *because*
quoque – *also, too*
quot – *how many*
quot ... totidem – *however many ... so many*

R

ramus, -i, m. – *branch*
rarus, -a, -um – *spaced-out, occasional, 'the odd'*
rationes, -um, f. – *account-books, financial affairs*
reddo, -ere, -idi, -itus – *return, respond*
refugio, -ere, -fugi – *flee, run away, escape*
regius, -a, -um – *fit for a king, aristocratic, grand*
relinquo, -ere, reliiqui, relictus – *leave, abandon, bequeath*
reperio, -ire – *find*
reporto, -are – *bring back*
res, rei, f. – *thing, situation, property, wealth*
res publica – *the republic, the state*
rēstituo, -ere, -ui, -utus – *restore, revive*
rete, -is, n. – *hunting-net*
retracto, -are – *go over again, revise, re-read*
revertor, -i – *return*
rex, regis, m. – *king*
rideo, -ere – *laugh*
ridiculus, -a, -um – *ridiculous, absurd*
ripa, -ae, f. – *river-bank*
rogito, -are – *ask continually, keep asking*
rogo,-are, -avi, -atus – *ask, beg*
Romanus, -a, -um – *Roman*
Romulus,-i, m. – *Romulus*
rosa, -ae, f. – *rose*
rumpo, -ere – *break, smash*
rus, ruris, n. – *countryside, land, field*
rusticus, -a, -um – *rustic, from the country, in the country, simple*

S

S. = salutem (dicit) – *(says) greetings*
Sabini, -orum, m.pl. – *Sabines (a people in central Italy)*
salus, -utis, f. – *greeting*
salve – *all right, safe*
sanctus, -a, -um – *holy, sacred*
satin = satisne – *is it sufficiently, quite, really*
satin salve? – *is everything all right?*
saxum, -i, n. – *stone, rock*
scelus, -eris, n. – *crime*
se, sui, sibi – *itself*
sed – *but*
sedeo, -ere – *sit*
seges, -etis, f. – *crop*
semen, -inis, n. – *seed*
senatus, -us, m. – *senate*
senex, -is, m. – *old man*
sertum, -i, n. – *garland of flowers, wreath*
serus, -a, -um – *late*
servo, -are – *preserve, keep up*
seu ... seu – *whether ... or*
si – *if*
sic – *in this way, thus*
siccus, -a, -um – *dry*
silentium, -i, n. – *silence*
silva, -ae, f. – *wood, forest*
simplex, -icis – *simple, ordinary*
simul – *at the same time, also; as soon as*
singulus, -a, -um – *each, separate, one by one*
sino, -ere – *allow*
sive ... sive – *whether ... or*
soleo, -ere – *be accustomed*
solidus, -a, -um – *solid, hard*
solitudo,- inis, f. – *solitude*
solvo, -ere, -i, solutus – *set free, release*
somnus, -i, m. – *sleep*
spargo, -ere – *scatter, sow, sprinkle, spread*
specto, -are – *watch*
sperno, -ere – *reject*
spes, -ei, f. – *hope*
spissus, -a, -um – *thick, dense*
spumo, -are – *foam*
stagnum, -i, n. – *pond, pool*
stilus,- i, m. – *stylus, 'pen'*
stipes, -itis, m. – *post*
sto, -are – *stand*
studeo,-ere – *study, apply oneself*
studiose – *intently, earnestly*
sub +abl. – *under, beneath, close to*
sudor, -oris, m. – *sweat*
sum, esse, fui – *be*
sumo, -ere, sumpsi, sumptus – *take*
sumptus, -us, m. – *expense*
superbus, -a, -um – *proud, haughty, snobbish*
suus, -a, -um – *his (own), their (own), his dear*

T

Tacitus, -i , m. – *Tacitus*
talis, -e – *such*
tam – *so, so many*
tamen – *however, nevertheless, at least*
tantus, -a, -um – *such great, so much*
templum, -i, n. – *temple*
tempus, -oris, n. – *time, era*
tenax, -acis – *clinging, firm*
teneo, -ere – *hold, bear*
tenuis, -e – *weak, insignificant*

tepidus, -a, -um – *warm*
ter – *three times*
Terminus, -i, m. – *Terminus (god of boundaries)*
terror, -is, m. – *terror, fear*
testum, -i, n. – *earthenware pot*
Tiberis, -is, m. – *river Tiber*
tilia, -ae, f. – *lime-tree*
toga, -ae, f. – *toga*
togatus, -a, -um – *dressed in a toga*
tondeo, -ere – *cut, trim*
totidem – *so many, the same number*
trans +acc. – *across*
trepidatio, -onis, f. – *fear, panic*
tres – *three*
tristis, -e – *gloomy*
trux, trucis – *grim, fierce*
tu, te, tibi – *you (sing.)*
tugurium, -i, n. – *cottage*
tum – *then*
turba, -ae, f. – *crowd*
turpis, -e – *shameful, disgraceful*
turris,- is, f. – *tower*
Tusci, -orum, m. – *Tuscany (an area in central Italy)*
tuus, -a, -um – *your*

U

uber, -eris – *abundant, prolific, plentiful*
ubi – *when*
ulmus, -i, f. – *elm tree*
umecto, -are – *make wet, water*
undique – *all around, on all sides, everywhere*
unicus, -a, -um – *one and only, sole*
urbanus, -a, -um – *in the city*
urbs, -is, f. – *city*
ut +indicative – *as, just as, like*
ut +subjunctive – *to, so that, in order to; that, how*
uxor, -is, f. – *wife*

V

vacuus, -a, -um – *empty*
vale – *farewell, goodbye*
velo, -are, -avi, -atus – *cover, clothe*
venabulum, -i, n. – *hunting-spear*
venatio, -onis, f. – *hunting*
venio, -ire, veni – *come*
venor, -ari – *hunt*
ver, veris, n. – *spring*
verbena, -ae, f. – *verbena (an aromatic shrub)*
vescus, -a, -um – *thin, spindly*
vetus, -eris – *old; (pl.) people of old, ancestors*
in vicem – *in turn*
vicinia, -ae, f. – *neighbourhood*
victus, -us, m. – *lifestyle*
video, -ere, -i – *see*
vinum, -i, n. – *wine*
violarium, -i, n. – *bed of violets*
vir, viri, m. – *man*
vis, f. – *force*
viso, -ere – *see, look at, view*
vita, -ae, f. – *life, way of life, existence*
vito, -are – *avoid*
voco, -are – *call*

Z

Zephyrus, -i, m. – *west wind*

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme B: Love and marriage

This is the official examination material
for the Eduqas Latin GCSE (2024 – 2026)

© WJEC CBAC Ltd.

Theme B: Love and marriage

Picture 1

Picture 2

Picture 3

Picture 4

Picture 5

Picture 6

Anon: epitaph to Claudia

hospes, quod dico paulum est; asta ac perlege.
hic est sepulcrum haud pulchrum pulchrae feminae:
nomen parentes nominarunt Claudiam.
suum maritum corde dilexit suo.
natos duos creavit: horum alterum
in terra linquit, alium sub terra locat.
sermone lepido, tum autem incessu commodo,
domum servavit, lanam fecit. dixi. abi.

CICERO, A family matter

nihil vidi tam mite, nihil tam placidum quam meus frater illo die
erat in sororem tuam. si offensio fuerat ex ratione sumptus, non
appareret.
postridie Arpino profecti sumus et prandimus in Arcano.
humanissime Quintus ‘Pomponia’ inquit ‘tu invita mulieres, ego
viros arcessam.’ nihil potuit dulcius, non modo verbis sed etiam
animo ac vultu. at illa, audientibus nobis, ‘ego ipsa sum’ inquit ‘hic
hospita’ – id ex hac causa, ut opinor, quod antecesserat Statius
ut prandium nobis videret! tum Quintus ‘en’ inquit mihi ‘haec ego
patior cotidie.’ id me valde commovit: sic illa absurde et aspere
verbis vultuque responderat. itaque discubuimus omnes praeter
illam. Quintus ei aliquid de mensa misit, quod tamen illa reiecit.
quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius tua sorore mihi
visum est; et multa similia praetereo.

CATULLUS, Poems

Poem 5

vivamus mea Lesbia, atque amemus,
rumoresque senum severiorum
omnes unius aestimemus assis!
soles occidere et redire possunt:
nobis cum semel occidit brevis lux, 5
nox est perpetua una dormienda.
da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum.
dein, cum milia multa fecerimus, 10
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis malus invidere possit,
cum tantum sciat esse basiorum.

Poem 8

miser Catulle, desinas ineptire,
et quod vides perisse perditum ducas.
fulsere quondam candidi tibi soles,
cum ventitabas quo puella ducebat
amata nobis quantum amabitur nulla. 5
ibi, illa multa cum iocosa fiebant,
quae tu volebas nec puella nolebat,
fulsere vere candidi tibi soles.
nunc iam illa non vult: tu quoque impotens noli,
nec quae fugit sectare, nec miser vive, 10
sed obstinata mente perfer, obdura.
vale puella, iam Catullus obdurat;
nec te requiret nec rogabit invitam.
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.
scelesta, vae te, quae tibi manet vita? 15
quis nunc te adibit? cui videberis bella?
quem nunc amabis? cuius esse diceris?
quem basiabis? cui labella mordebis?
at tu, Catulle, destinatus obdura.

Poem 70

nulli se dicit mulier mea nubere malle
quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
in vento et rapida scribere oportet aqua.

Poem 85

odi et amo. quare id faciam, fortasse requiris.
nescio, sed fieri sentio et excrucior.

HORACE, Finished with love

vixi puellis nuper idoneus
et militavi non sine gloria;
    nunc arma defunctumque bello
    barbiton hic paries habebit,

laevum marinae qui Veneris latus
custodit. hic, hic ponite lucida
    funalia et vectes et arcus
    oppositis foribus minaces.

o quae beatam diva tenes Cyprum et
Memphin carentem Sithonia nive,
    regina, sublimi flagello
    tange Chloen semel arrogantem.

MARTIAL, The power of love

casta nec antiquis cedens Laevina Sabinis
    et quamvis tetrico tristior ipsa viro
dum modo Lucrino, modo se demittit Averno,
    et dum Baianis saepe fovetur aquis,
incidit in flammas: iuvenemque secuta relicto
    coniuge Penelope venit, abit Helene.

MARTIAL, An enigma

difficilis facilis, iucundus acerbus es idem:
    nec tecum possum vivere, nec sine te.

OVID, Advice to a rejected lover

si non accipiet scriptum inlectumque remittet,
    lecturam spera propositumque tene.
tempore difficiles veniunt ad aratra iuvenci,
    tempore lenta pati frena docentur equi.
ferreus assiduo consumitur anulus usu,
    interit assidua vomer aduncus humo.
quid magis est saxo durum, quid mollius unda?
    dura tamen molli saxa cavantur aqua.
Penelopen ipsam, persta modo, tempore vinces:
    capta vides sero Pergama, capta tamen.

PLINY, To Calpurnia Hispulla, his wife's aunt

cum sis pietatis exemplum, filiam fratris tui ut tuam diligis nec tantum amitae ei affectum repraesentas verum etiam patris amissi. maxime igitur gaudebis, cum cognoveris eam dignam patre, dignam te, dignam avo evadere. summum est acumen, summa frugalitas; amat me, quod castitatis indicium est. praeterea studium litterarum ex mei caritate concepit. meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam. quanta sollicitudine afficitur cum ego acturus sum, quanto gaudio cum egi! disponit qui nuntient sibi quem assensum quos clamores excitaverim, quem eventum iudicii tulerim. eadem, si quando recito, in proximo discreta velo sedet laudesque meas avidissimis auribus excipit. versus quidem meos cantat formatque cithara, non artifice aliquo docente sed amore, qui magister est optimus.

his ex causis in spem certissimam adducor perpetuam nobis maioremque in dies futuram esse concordiam. non enim aetatem meam aut corpus, quae paulatim occidunt ac senescunt, sed gloriam diligit. nec aliud decet puellam tuis manibus educatam, quae amare me ex tua praedicatione consueverit. ergo tibi gratias agimus, ego quod illam mihi, illa quod me sibi dederis. vale.

PLINY, Faithful unto death

navigabam per Larium nostrum, cum amicus ostendit mihi villam atque etiam cubiculum quod in lacum prominet: ‘ex hoc’ inquit ‘olim femina quaedam cum marito se praecipitavit. maritus ex diutino morbo ulceribus putrescebat. uxor ut corpus inspiceret exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum num posset sanari. vidit desperavit hortata est ut moreretur, comesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit; nam se cum marito ligavit abiecitque in lacum.

SENECA, Changing morals

num iam ulla repudio erubescit, postquam feminae quaedam illustres ac nobiles non consulum numero sed maritorum annos suos computant et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii? tamdiu istuc timebatur, quamdiu rarum erat; quia nihil sine divortio actum est, quod saepe audiebant id facere didicerunt. num iam ullus adulterii pudor est, postquam eo ventum est ut nulla virum habeat nisi ut adulterum irritet? pudicitia argumentum est deformitatis. quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par, nisi singulis divisit horas et non sufficit dies omnibus, nisi apud alium gestata est, apud alium mansit? infrunita et antiqua est, quae nesciat matrimonium vocari unum adulterium.

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Full vocabulary for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme B: Love and marriage

List of abbreviations used

abl.	ablative
acc.	accusative
adj.	adjective
adv.	adverb
dat.	dative
f.	feminine
lit.	literally
m.	masculine
n.	neuter
pl.	plural

This is the official examination material
for the Eduqas Latin GCSE (2024 – 2026)

© WJEC CBAC Ltd.

A

abeo, -ire, -ii – *go away, leave*
abicio, -ere, -ieci – *throw down, hurl*
absurde – *senselessly, unreasonably*
ac – *and*
accipio, -ere – *accept*
acerbus, -a, -um – *bitter, repulsive*
acumen, -inis, n. – *intelligence*
ad +acc. – *to*
adduco, -ere – *lead to*
adeo, -ire – *come to, go near, approach*
adulter, -eri, m. – *adulterer, lover*
adulterium, -i, n. – *adultery, affair*
aduncus, -a, um – *curved, crooked*
aestimo, -are – *value, consider worth*
aetas, -atis, f. – *age*
affectus, -us, m. – *affection*
afficio, -ere – *affect, move*
ago, -ere, egi, actus – *do, carry out, complete; make a speech; give (thanks)*
aliqui, aliqua, aliquod – *any*
aliquis, aliquid – *someone, something*
alius, alia, aliud – *other, the other, one, another, else*
alter, -a, -um – *one, the other, another*
amans, -antis, m. – *lover*
amicus, -i, m. – *friend*
amita, -ae, f. – *aunt*
amitto, -ere, -misi, -missus – *lose*
amo, -are, -avi, atus – *love*
amor, -is, m. – *love*
animus, -i, m. – *spirit, mind, attitude*
annus, -i, m. – *year*
antecedo, -ere, -cessi – *go ahead*
antiquus, -a, -um – *ancient, old-fashioned*
anulus, -i, m. – *ring*
appareo, -ere, -ui – *appear*
apud + acc. – *with, in the company of*
aqua, -ae, f. – *water, bath*
aratrum, -i, n. – *plough*
Arcanum, -i, n. – *Arcanum (an estate belonging to Quintus)*
arcesso, -ere – *call, summon*
arcus, -us, m. – *bow*
argumentum, -i, n. – *proof, evidence*
arma, -orum, n. pl. – *weapons*
Arpinum, -i, n. – *Arpinum (a town south of Rome)*
arrogans, -antis – *arrogant, stubborn, awkward*
artifex, -icis, m. – *artist, expert*
as, assis, m. – *as (the smallest Roman coin)*
asper, -a, -um – *rough, harsh, severe*
aspere – *roughly, harshly, severely*
assensus, -us, m. – *approval*
assiduus, -a, -um – *continual, constant, unending*
asto, -are – *stand at, stay close*
at – *but, yet*
atque – *and*
audio, -ire, -ivi – *hear*
auris, -is, f. – *ear*
aut – *or*
autem – *but, indeed*
Avernus, -i, m. – *Lake Avernus (off the Bay of Naples, near Pozzuoli)*
avidus, -a, -um – *eager*
avus, -i, m. – *grandfather*

B

Baianus, -a, -um – *at Baiae (a bathing resort on the Bay of Naples)*
barbitos, -i, m. (acc. barbiton) – *lyre*
basio, -are – *kiss*
basium, -ii, n. – *kiss*
beatus, -a, -um – *blessed, holy*
bellum, -i, n. – *war*
bellus, -a, -um – *pretty*
brevis, -e – *short, brief*

C

candidus, -a, -um – *white, bright*
canto, -are – *sing*
capio, -ere, cepi, captus – *take, capture*
careo, -ere +abl. – *lack, be without, be free from*
caritas, -atis, f. – *love, affection*
castitas, -atis, f. – *chastity, faithfulness*
castus, -a, -um – *chaste, pure*
Catullus, -i, m. – *Catullus*
causa, -ae, f. – *reason, cause*
causa +gen. – *for the sake of, on account of*
cavo, -are – *hollow out*
cedo, -ere – *yield, be inferior (to)*
centum – *a hundred*
certus, -a, -um – *certain, sure, firm*
Chloe, -es, f. (acc. Chloen) – *Chloe*
cithara, -ae, f. – *lyre*
clamor, -is, m. – *shout, cheer*
Claudia, -ae, f. – *Claudia*
cognosco, -ere, -novi – *learn, find out*
comes, -itis, f. – *comrade, companion*
commodus, -a, -um – *suitable, fine, elegant*
commoveo, -ere, -movi – *annoy, upset*
computo, -are – *count*
concipio, -ere, -cepi, -ceptus – *take up, produce, develop*
concordia, -ae, f. – *harmony, closeness*
coniunx, -iugis, f. – *husband*
consuesco, -ere, -suevi – *become accustomed*
consul, -is, m. – *consul*
consumo, -ere – *eat, wear away*
conturbo, -are – *mix up*
cor, cordis, n. – *heart*
corpus, -oris, n. – *body*
cotidie – *every day*
creo, -are, -avi – *create, produce, give birth to*
cubiculum, -i, n. – *bedroom*
cum +abl. – *with*
cum +indicative – *when, whenever*
cum +subjunctive – *when, since*
cupidus, -a, -um – *eager, passionate*
custodio, -ire – *guard, protect*
Cypros, -i, f. – *Cyprus*

D

de +abl. – *from*
decet, -ere +acc. – *befit, be proper (for)*
deformitas, -atis, f. – *ugliness, unattractiveness*
dēfūngŏr, -i, -functus sum +abl. – *finish, have done with*
dein – *then, next*
deinde – *then, next*
demitto, -ere – *lower*
desino, -ere – *stop, cease*
despero, -are – *despair*
destinatus, -a, -um – *firm*
dico, -ere, dixi – *say, speak*
dies, -ei, m. – *day*
in dies – *day by day*
difficilis, -e – *difficult, unbearable, obstinate*
dignus, -a, -um +abl. – *worthy of*
diligo, -ere, -lexi – *be fond of, love, care for*
discerno, -ere, -crevi, -cretus – *hide, screen*
disco, -ere, didici – *learn*
discumbo, -ere, -cubui – *recline (to eat)*
dispono, -ere – *place, station, arrange*
diutinus, -a, -um – *long-lasting, lengthy*
diva, -ae, f. – *goddess*
divido, -ere, visi – *divide, share*
divortium, -ii, n. – *divorce*
do, dare, dedi – *give*
doceo, -ere – *teach*
doleo, -ere – *suffer, be sorry*
domus, -us, f. – *home, house, household*
dormio, -ire – *sleep*
duco, -ere – *lead; accept, believe*
dulcis, -e – *sweet, pleasant, charming*
dum – *while*
duo, duae, duo – *two*
durus, -a, -um – *harsh, hard*
dux, ducis, m./f. – *leader*

E

e, ex +abl. – *out of, from, as a result of*
edisco, -ere – *learn by heart*
educo, -are – *bring up*
ego, me, mihi – *I, me*
en – *see! look!*
enim – *for*
eo – *to this point, to this*
equus, -i, m. – *horse*
ergo – *therefore*
erubesco, -ere – *blush, feel embarrassment*
et – *and, also, even*
etiam – *even, also*
evado, -ere – *turn out*
eventus, -us, m. – *outcome, verdict, result*
excipio, -ere – *receive, listen to*
excito, -are, -avi – *provoke, inspire*
excrucio, -are – *torture, torment*
exemplum, -i, n. – *example, model*
exeo, -ire – *leave, walk out*
exigo, -ere, -egi – *insist*

F

facilis, -e – *easy, agreeable*
facio, facere, feci – *make, do*
femina, -ae, f. – *woman*
fero, ferre, tuli – *produce, achieve*
ferreus, -a, -um – *iron, made of iron*
fideliter – *faithfully, truthfully*
filia, -ae, f. – *daughter*
fio, fieri, factus sum – *become, happen*
flagellum, -i, n. – *whip*
flamma, -ae, f. – *flame (of love)*
foris, -is, f. – *doorway*
formo, -are – *set to music*
fortasse – *perhaps,*
foveo, -ere – *warm up, pamper*
frater, fratris, m. – *brother*
frenum, -i, n. – *bridle, reins*
frugalitas, -atis, f. – *thrift, care with money*
fugio, fugere, fugi – *run away, flee (from)*
fulgeo, fulgere, fulsi – *gleam; glitter, shine forth, be bright*
funale, -is, n. – *torch*

G

gaudeo, -ere – *rejoice, be delighted*
gaudium, -ii, n. – *joy, pleasure, delight*
gesto, -are, -avi, -atus – *carry, take around (in a litter or carriage)*
gloria, -ae, f. – *glory, distinction, reputation*
gratiae, -arum, f.pl. – *thanks*

H

habeo, -ere – *have, keep, hold*
haud – *not*
Helene, -es, f. – *Helen (wife of Menelaus)*
hic – *here*
hic, haec, hoc – *this, these*
hora, -ae, f. – *hour*
hortor, -ari, hortatus sum – *encourage, urge*
hospes, -itis, m. – *guest, friend, passer-by*
hospita, -ae, f. – *guest, stranger*
humane – *courteously, politely*
humus, -i, f. – *ground, earth*

I

iam – *already, now*
ibi – *there, then*
idem, eadem, idem – *the same, equally*
idoneus, -a, -um – *suitable, attractive*
igitur – *therefore, so*
ille, illa, illud – *that, those; he, she, it*
illustris, -e – *distinguished*
immo – *rather, in fact, actually*
impotens, -entis – *powerless*
in +abl. – *in, on*
in +acc. – *into, towards*
in dies – *day by day*
incessus, -us, m. – *step, gait, way of walking*

incido, -ere, -cidi – *fall into, chance upon*
indicium, -ii, n. – *sign, evidence*
indico, -are, -avi, -atus – *reveal, state*
ineptio, -ire – *be foolish, act stupidly*
infrunitus, -a, -um – *joyless, foolish*
inlectus, -a, -um – *unread*
inquit – *he/she says, said*
inspicio, -ere – *look at, inspect, examine*
intereo, -ire – *be worn out, be ruined*
invenio, -ire – *find*
invideo, -ere (+dat.) – *be jealous of, envy, cast a spell on*
invito, -are – *invite, call in*
invitus, -a, -um – *unwilling, reluctant*
iocosus, -a, -um – *full of fun*
ipse, -a, -um – *himself, herself, itself, myself*
irrito, irritare – *annoy, provoke*
is, ea, id – *he, she, it; this, that*
istuc – *in that direction, that way*
itaque – *and so*
iucundus, -a, -um – *pleasant, amusing*
iudicium, -ii, n. – *trial*
Iuppiter, Iovis, m. – *Jupiter*
iuvencus, -i, m. – *bullock, young ox*
iuvenis, -is, -m. – *young man*

L

labellum, -i, n. – *lip*
lacus, -us, m. – *lake*
Laevina, -ae, f. – *Laevina*
laevus, -a, -um – *on the left, left-hand*
lana, -ae, f. – *wool*
Larius, -ii, m. – *Lake Larius (now Lake Como)*
latus, -eris, n. – *side*
laus, laudis, f. – *praise*
lectito, -are – *read again and again*
lego, -ere, legi, lectus – *read*
lenis, -e – *mild, gentle*
lentus, -a, -um – *tough, stiff*
lepidus, -a, -um – *agreeable, charming, delightful*
Lesbia, -ae, f. – *Lesbia*
libellus, -i, m. – *little book*
ligo, -are, -avi – *bind, fasten*
linquo, -ere – *leave*
litterae, -arum, f.pl. – *literature*
loco, -are – *place, put*
lucidus, -a, -um – *gleaming*
Lucrinus, -i, m. – *the Lucrine Lake (an inlet off the Bay of Naples, near Pozzuoli)*
lux, lucis, f. – *light*

M

magis – *more*
magister, magistri, m. – *teacher*
maior, maius – *greater*
malo, malle – *prefer*
malus, -a, -um – *evil, bad*
maneo, -ere, mansi – *remain, stay (the night)*
manus, -us, f. – *hand*
marinus, -a, -um – *of the sea, born from the sea*
maritus, -i, m. – *husband*
matrimonium, -ii, n. – *marriage*
maxime – *very greatly, very much*
Memphis, -is, f. (acc. Memphin) – *Memphis (a city in Egypt)*
mens, mentis f. – *mind*
mensa, -ae, f. – *table, meal*
meus, -a, -um – *my*
milito, -are, -avi – *serve as a soldier, fight*
mille (pl. milia) – *a thousand*
minax, -acis – *threatening*
miser, -a, -um – *miserable, wretched, pitiable*
mitis, -e – *gentle, mild*
mitto, mittere, misi – *send*
modo – *only, just now, recently, sometimes*
mollis, -e – *soft, gentle, mild*
morbus, -i, m. – *illness*
mordeo, -ere – *bite*
morior, -i – *die*
mors, mortis, f. – *death*
mulier, -is, f. – *woman*
multus, -a, -um – *much, many*

N

nam – *for*
natus, -i, m. – *son*
navigo, -are – *sail*
ne – *so that ... not*
nec – *and not, nor*
nec ... nec – *neither ... nor*
necessitas, -atis, f. – *compulsion, obligation*
neque – *and not, nor*
nescio, -ire – *not know, be unaware*
nihil, n. – *nothing*
nisi – *unless, except*
nix, nivis, f. – *snow*
nobilis, -e – *noble, of noble birth*
nolo, nolle, nolui – *not want, be unwilling, refuse*
nomen, -inis, n. – *name*
nomino, -are – *name, call, call by name*
non – *not*
nos, nobis – *we, us*
noster, nostra, nostrum – *our*
nox, noctis, f. – *night, darkness*
nubo, -ere + dat. – *marry*
nullus, -a, -um – *not any, no, not at all*
num – *whether*
num? – *surely not? really?*
numerus, -i, m. – *number*
nunc – *now, as it is*
nuntio, -are – *report, announce*
nuper – *until recently*

O

o – *o*
obduro, -are – *be strong, endure*
obstinatus, -a, -um – *stubborn, set-firm*

occido, -ere – *decline, die, set*
odi, -isse – *I hate*
offensio, -onis, f. – *offence, unpleasantness, resentment*
olim – *once, some time ago*
omnis, -e – *all, every*
opinor, -ari – *think, believe*
oportet, -ere – *be right*
oppono, -ere, -posui, -positus – *put in the way, block*
optimus, -a, -um – *best*
ostendo, -ere, -i – *show, point out*

P

par, -is, n. – *pair*
parens, -entis, m./f. – *parent*
paries, -ietis, m. – *wall*
pater, patris, m. – *father*
patior, pati – *suffer, endure*
paulatim – *gradually*
paulus, -a, -um – *little, brief*
Penelope, -es, f. (acc. Penelopen) – *Penelope (wife of Odysseus)*
per +acc. – *through, along, over*
perdo, -ere, -didi, -ditus – *destroy, lose*
pereo, -ire, -ii – *perish, finish*
perfero, -ferre – *endure, keep going*
Pergama, -orum, n.pl. – *the citadel of Troy*
perlego, -ere – *read, read through*
perpetuus, -a, -um – *unending, everlasting*
persto, -are – *persist*
peto, -ere – *seek, ask, pursue*
pietas, -atis, f. – *dutifulness, family affection*
placidus, -a, -um – *calm, gentle*
Pomponia, -ae, f. – *Pomponia (wife of Quintus)*
pono, -ere – *place, put, lay*
possum, posse, potui – *can, be able*
postquam – *when*
postridie – *on the next day*
praecipito, -are, -avi – *throw down headlong, hurl*
praedicatio, -onis, f. – *recommendation*
praeter +acc. – *except, apart from*
praeterea – *moreover, besides*
praetereo, -ire – *pass over, omit*
prandeo, -ere, -i – *eat lunch*
prandium, -ii n. – *lunch*
proficiscor, -i, profectus sum – *set out*
promineo, -ere – *jut out, stick out*
propositum, -i, n. – *plan, intention, aim*
proximum, -i, n. – *neighbourhood, vicinity*
pudicitia, -ae, f. – *chastity, morality*
pudor, -oris, m. – *shame, embarrassment*
puella, -ae, f. – *girl*
pulcher, pulchra, pulchrum – *beautiful, fine*
putresco, -ere – *rot, decay, waste away*

Q

quam – *than*
tam ... quam – *so ... as*
quamdiu – *(so long) as*
quamvis – *however much, ever so*
quando – *ever, sometimes*
quantus, -a, -um – *how much, what great, as much as*
quare? – *why?*
-que – *and*
qui, quae, quod – *who, which, what*
quia – *because*
quidam, quaedam, quoddam – *one, a certain, (pl.) certain, some*
quidem – *even, indeed*
Quintus, -i, m. – *Quintus (Cicero's brother)*
quis, quid – *anyone, anything*
quis? quid? – *who? which? what?*
quisquam, quaequam, quicquam – *anyone, anything*
quo – *where, to the place where*
quod – *because*
quondam – *once*
quoque – *also*

R

rapidus, -a, -um – *swift, fast-flowing*
rarus, -a, -um – *rare, unusual*
ratio, -onis, f. – *counting, checking*
recito, -are – *give a recital, read aloud*
redeo, -ire – *return, come back*
regina, -ae, f. – *queen*
reicio, -icere, -ieci – *send back, reject, refuse*
relinquo, -ere, reliqui, -relictus – *leave*
remitto, -ere – *send back*
repraesento, -are – *show*
repudium, -ii, n. – *divorce*
requiro, -ere – *ask, ask for, look for*
respondeo, -ere, -i – *reply*
rogo, -are – *ask, ask for, ask out*
rumor, -is, m. – *rumour*

S

Sabini, -orum, m.pl. – *the Sabines (a people from central Italy)*
saepe – *often*
sano, -are – *heal, cure*
satis – *enough*
saxum, -i, n. – *rock*
scelestus, -a, -um – *wicked, evil*
scio, -ire – *know*
scribo, -ere, scripsi, scriptus – *write*
se, sibi – *himself, herself, itself, themselves*
sector, -ari – *follow, pursue, chase after*
secundus, -a, -um – *second*
sed – *but*
sedeo, -ere – *sit*
semel – *once, one time, for the first time*
senesco, -ere – *grow old*
senex, senis, m. – *old man*
sentio, -ire – *feel*
sepulcrum, -i, n. – *tomb*
sequor, sequi, secutus – *follow*
sermo, -onis, m. – *conversation*

sero – *late, after a long time*
servo, -are – *look after*
severus, -a, -um – *severe, strict*
si – *if*
sic – *thus, in this way*
similis, -e – *similar*
sine +abl. – *without*
singulus, -a, -um – *single, individual; (pl.) several different*
Sithonius, -a, -um – *Thracian*
sol, solis, m. – *sun*
sollicitudo, -inis, f. – *worry, anxiety*
sordidus, -a, -um – *nasty, foul, undesirable*
soror, -is, f. – *sister*
spero, -are – *hope (for)*
spes, spei, f. – *hope, expectation*
Statius, -ii m. – *Statius*
studium, -ii, n. – *enthusiasm, interest*
sub +abl. – *under, beneath*
sublimis, -e – *high, lifted up*
sufficio, -ere – *be sufficient*
sum, esse, fui – *be*
summus, -a, -um – *very great, greatest*
sumptus, -us, m. – *expenditure*
suus, -a, -um – *his, her, its, their (own)*

T

tam – *so*
tamdiu – *for so long*
tamen – *however, nevertheless*
tango, -ere – *touch, strike*
tantum – *just, only*
  nec tantum ... verum etiam – *not only ... but indeed also*
tantus, -a, -um – *so much, so great*
tempus, -oris, n. – *time*
teneo, -ere – *hold, hold onto, keep to, possess, inhabit*
terra, -ae, f. – *ground, earth*
tetricus, -a, -um – *stern, strict*
timeo, -ere, timui – *fear*
tristis, -e – *serious, severe, austere*
tu, te, tibi, te – *you (singular)*
  tecum = cum te – *with you*
tum – *then, moreover*
tuus, -a, -um – *your (singular)*

U

ulcus, -eris, n. – *ulcer, sore, swelling*
ullus, -a, -um – *any, anyone*
unda, -ae, f. – *wave, water*
unus, -a, -um – *one, a single, only one*
usque – *continuously, without a break*
usus, -us, m. – *use*
ut + indicative – *as, so*
ut +subjunctive – *so that, that, in order to, to*
uxor, -is, f. – *wife*

V

vae – *alas! woe!*
valde – *really, very much*
vale – *goodbye, farewell*
vectis, -is, m. – *crowbar*
velum, -i, n. – *curtain*
venio, -ire, veni, ventum – *come, arrive*
ventito, -are – *come/go repeatedly*
ventus, -i, m. – *wind*
Venus, -eris, f. – *Venus*
verbum, -i, n. – *word*
vere – *truly, indeed*
versus, -us, m. – *verse, poem*
verum – *truly, indeed*
  nec tantum ... verum etiam – *not only ... but indeed also*
video, -ere, vidi, visus – *see; see to, look after; (passive) seem*
villa, -ae, f. – *house, villa*
vinco, -ere – *defeat, win*
vir, viri, m. – *man, husband*
vita, -ae, f. – *life*
vivo, -ere, vixi – *live, exist*
voco, -are – *call*
volo, velle, volui – *want*
vomer, -eris, m. – *ploughshare*
vultus, -us, m. – *expression, face*